



## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

2266. Die Herzogin Agnes stellt der Stadt Sandow, die sie hat befestigen  
lassen, eine Versicherung aus, am 23. Juni 1322.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2265. Fürst Bernhard von Anhalt verpflichtet sich dem Könige Ludwig, alle Lehne dem Reiche wieder abzutreten, die er und sein Haus außer den Stammbesitzungen inne haben, sobald der König ihn mit der Mark Brandenburg, dem Reichs-Erzämmerer-Amte und dem Kurfürstenthume belehnt, am 27. September 1320.

Nos Bernhardus, dei gratia Princeps de Anhalt et Comes Alcarie, Notum facimus vniuersis prefencia inspecturis, Quod omnia et singula feoda, que nobis, Patruis nostris ac nostris heredibus contulit Serenissimus dominus noster dominus Ludovicus, Romanorum Rex, semper augustus, de sue liberalitatis Regie plenitudine copiosa, sibi et Romano Imperio vacabunt libere et solute, postquam idem dominus noster nobis ac nostris heredibus Marchionatum Brandenburgensem cum dignitate vocis in electione Regis Romanorum et Officio camere Imperii cum aliis dicti Marchionatus dignitatibus in feodum contulerit ac nos et heredes nostros more debito inuestiuerit de eisdem, preter Principatum in Anhalt, Comitatum Alcarie et alia bona, que nos et progenitores nostri ab antiquo a Romano Imperio tenuerunt. In cuius rei testimonium presentes litteras dedimus sigilli nostri robore consignatas. Datum in Franchenfurt, V<sup>o</sup>. Kalend. Octobris, Anno domini Millesimo Trecentesimo vicesimo.

Nach dem Originale des Königl. Bayerischen Reichs-Archives in München.

2266. Die Herzogin Agnes stellt der Stadt Sandow, die sie hat befestigen lassen, eine Versicherung aus, am 23. Juni 1322.

Nos Agnes, Dei gracia, Ducissa Brunsvicensis, quondam Marchionissa Brandenburgensis, Recognoscimus publice per presentes, quod cum consensu et voluntate unanimi fidelium nostrorum consulum et ciuium in Sandow in tuitionem eorundem castrum ibidem construximus, ut ex ipso dictam ciuitatem nostram et terram, ac in ipsis habitantes eo commodius protegere valeamus, promittentes in his scriptis, quod ipsos nostros ciues presentes et futuros conseruare uolumus in omni gracia et libertate, quibus a nobis et nostris progenitoribus communiti, et ipsorum iura preseruare illesa, promittimus eciam, quod de eodem castro nulla mala aut incommoda dictis ciuibus in suis frumentis, lignis, graminibus ac aliis suis rebus, mobilibus et immobilibus, per nos, Capitaneos nostros seu aduocatos inferri debebant. Nullum quoque transitum seu viam de ipso castro faciemus, nisi portam, per quam ingressus et regressus hominis esse valeat, ualuam quoque ex eo non faciemus, nisi necesse fuerit, ut eam faciamus de consilio dictorum nostrorum ciuium, que dum necessaria non fuerit similiter de consilio dictorum nostrorum ciuium recludetur, porta nihilominus stante salua. Si quoque aliquando expediens nobis visum fuerit, dum ipsa ciuitas meliorata fuerit, tunc dictum castrum destrui faciemus. Ut autem premissa omnia et singula maneat inconuulsa, hanc litteram

ipsis nostris ciuibus dari iussimus, sigilli nostri robore communitam. Testes sunt Gerd de Kerkow, Conradus de Osterborch, Bertholdus et Sanderus de Buft, Albertus de Luderitz, Henningus de Buck, armigeri, et consules nostri de Stendal, cum aliis fide dignis. Actum et datum Tangermunde, Anno domini M. CCCXXII., vigilia sancti Johannis Baptiste, per manum H. de Luchow.

Nach einer alten Abschrift im Herzogl. Anhalt. Gesamt-Archive zu Dessau, aus Klöden's Waldemar II, 524.

2267. König Ludwig fordert verschiedene Grafen und Edle auf, von dem Grafen Bernhard, den er mit dem Fürstenthume Anhalt belehnt habe, ihre Lehne zu empfangen, am 22. April 1323.

Ludovicus, dei gracia Romanorum rex, semper Augustus, Nobilibus viris de Honstein, de Valkenstein, Burchardo de Mansfelt, de Werningenrodo, de Regenstein, de Bichelingen et de Scraplow, Comitibus, nec non de hademerslebe, de Stolberg, Alberto de Barby, dictis de Lindowe, de Hackenborne et dicto de Helderungen, fidelibus nostris dilectis, gratiam suam et omne bonum. Cum spectabili viro Bernhardo, Comiti de Anhalt, Principi et affini nostro dilecto, iuris et fidei super Sacro Imperio exhibite et exhibende in posterum ob respectum, Principatum Ascharie duxerimus conferendum eumque secundum morem et solemnitates suas in huius modi infeudauerimus de eodem, fidelitatem vestram requirimus et monemus, quatenus debite fidelitatis sibi homagium faciendo, feuda que ab ipso dicti principatus intuitu obtinetis, recipere cum debite deuocionis promptitudine non tardetis, pro hoc nostram beniuolenciam et ipsius fauorem amplius vobis poteritis vendicare. Alioquin per . . . . negligenciam seu contemptum pena amissionis . . . . . huiusmodi feudorum. Datum apud Nurenberg, x Kalendarum Maii, Regni nostri Anno Nono.

Nach einer Abschrift im Herzogl. Anhalt. Gesamt-Archive zu Dessau, aus Klöden's Waldemar II, 524—525.

2268. Die Herzöge Rudolph und Wenzlav von Sachsen stiften in Gegenwart mehrerer Brandenburgischer Hofleute zu Spandau eine Kapelle im Schlosse Bitterfeld, am 22. Mai 1323.

In dem namen des Herrn, Wir Rudeluff vnd Wencelaus, von Gottes gnadem Fürstenn zu Sachsenn — haben — ein new Capell in vnsern Schlos Bitterfeld gebaweth vnnnd gestift —. Gezeugenn Her Nicolaus, probst zu Pernowe, Henricus von Alwenschlewe, Cuncz von Warmstorff, Löfferus,